operam navent. Et tales quae plurimas exercitationes quaerunt. Sed quid maiores viros nominatis? quid adducitis? quid appellatis? qui si vobis similes extitissent vos hodie in postremis iaceretis si quales vos estis tales ~~et~~ ipsi fuerunt, indigni sunt qui nominentur sive alii vos indigni qui eos nominetis. Videtis auditores quam litterarum studia domi floreant: quis progressus quisve exiguus fructus colligatur, in publicis autem scholis quanta utilitates commodum fructus ita tamen ut plerumque perfecti reinveniantur qui transmissi ad sua remearunt. Sed quid opus est remotis aut ignotis probare exemplis novis et domesticis possem, sed de singulis iam nominatim disserere illorum prohibet modestia et temporis opportunitas non concedit ut illos adducam quos in academiis operam dedidisse n ignorantes atque rudem collegisse et reportavisse fructum, ut ad coenobium reversi statim vel professorum vel aliam dignitatum munia subire coacti fuerint. Ac animadvertite auditores quantum illorum possint sententiae quantum valeant opiniones ubique eorum consilium admittitur, ubique recipitur intelligite inquam ut ab illis quandoque omnis salus dependeat omnis utilitas monasterii. Sed unde tales viri habentur nisi ex academiis ubi tales oriuntur nisi in academiis hae tales parturiunt viros, quibus tota res omnis salus tanquam columnis et basibus sustentari possit. nec mirum cuiquam videri debet quod doctiores evadant. enim vero quanto non exstimulantur.